



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 16. Actiones vigintiduumviraes sintne civiles vel criminales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

389  
 vigintiduum virum Leod. comparat. compreh. Pars III. Quest. XVI.  
 possit, l. Gracchus ff. de adulterijs Menoch. de arb. iud. casu 392. nu. 2. Deaiq; quod  
 iudex parte non citata decrevit altera parte non citata eadem qua decrevit facili-  
 tate potest revocare, Innoc. cap. quarelam nu. 6. de elect. l. si pact. nu. 9. & 10. C. de  
 pado per rex. l. i. §. i. ff. si mulier ventris nomine glo. l. minor. ff. de evictionibus Gail. li.  
 2. tit. 76. num. 1. §. Idque citra aliquam causae cognitionem aut indaginem, Bald.  
 cap. de excommunicato nu. 6. de rescriptis l. si pact. nu. 11. Gail. d. nu. 15.

QVÆSTIO DECIMASEXTA.

Actiones vigintiduum virales sint ne civiles vel criminales.

SUMMARIUM.

- 1. Actiones vigintiduum virales sunt cri-  
minales.
- 2. Voragia vigintiduum viralia sunt poena  
corporales.
- 3. Poena corporalis infligi non solent nisi  
ob dolum.
- 4. Poena pecuniaria surrogata in locum  
poena corporalis eodem iure censetur.

**C**Riminales esse hinc arguo quod ad vigintiduum viros spectet ex lege  
 Cornelia de falsis aliisque publicis criminalibus iudiciis cognitio coer-  
 tione iudicum corruptorum, glo. l. fin. verb. discrimini C. de poena iudicis  
 qui male iudicavit l. i. §. sed & si ff. ad l. Cornel. de falsis. ut & cognitio de vi publica  
 & privata quae pacem omnium communem solet violare, Cicero de aruspicum  
 responsis, atque ex lege Iuliana publicorum iudiciorum coerceri, tot. tit. ff. C.  
 ad l. Iulianam de vi, qui ideo ex suae iurisdictionis praescripto solent reos peregrina-  
 tum ablegare seu ad voragia longiora vel breviora pro ratione corporis affligere  
 condemnare atque huiusmodi itinerationum poenis reorum corpus affligere  
 alterare fatigare flagellare quae poenae sunt corporales, l. si quis forte in fin. cum l.  
 seqq. ff. de poenis C. ad. conf. 94. incip. Hec est inquisitio Ignatius Lopes in pract. crim.  
 cap. 143. num. 1. interrogarique non solent nisi ob quippiam dolo malo commil-  
 sum, Card. d. conf. 94. Lopes d. cap. 43. num. 1. Bart. l. i. ff. si quis testament. liber Iulius  
 Clarus lib. recept. sent. §. §. de maiestatis quest. 84. num. 1. Lafon. l. in actionibus num.  
 23. & 26. ff. de iur. iur. qui testatur de communi Hippol. de Marfilij l. lege cornelia §.  
 cum quidam num. 3. & in l. in lege num. 1. & seqq. ff. ad l. Cornel. de fidei iur. in l. de mino-  
 rum in pr. num. 17. ff. de quest. licet alij cessent quandoque etiam ob culpam latam  
 poenas corporales infligi posse, Robert. Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 4. n. 59. An-  
 gel. conf. 287. col. pen. Capola conf. 33. col. 4. conf. 34. col. 4. Petr. Loriotus late ad l. quod  
 nerna

Ccc 3

Materiam Conservatorum laicorum tribunal.  
nerva num. 22. ff. depositi l. 1. §. fin. & §. Divm l. lege §. cum quidam ff. ad l. Cornel. de si-  
cariu l. si fortuito ff. de incendio ruina.  
Ut non referat voragia vigintiduum vitalia pro arbitrio reorum plerumque  
in pecuniariam poenam converti poena enim pecuniaria in locum corporalis iur-  
rogata eodem iure quo poena corporalis censenda est, Baiardus ad Iulium clarum  
quest. 67. num. 4. fol. 290. citat. Baldum. l. si quis cum in ult. lect. ff. si quis cautioni-  
bus.

QVÆSTIO DECIMA SEPTIMA.

Iudex exequens sententiam iniquam in præjudicium appellationis an possit hoc  
tribunali coerceri.

SUMMARIUM.

Exequens in præjudicium appellationis non tenetur hac pace nisi sordes & corruptela  
probentur.

**R**espondetur posse. Ratio est quia hoc in casu iudex in præjudicium appellatio-  
nis quæ regulariter suspendit & devolvit de facto procedit cui etiam defa-  
cto resisti potest, DD. l. omnes C. de decurionibus lib. 10. arg. l. 2. ubi DD. ff. de app.  
Clausius de Scyffello rep. l. ut vim num. 36 ff. de iust. & iure Hier. Cevallos de cognitio-  
ne per viam violentia glo. 5. num. 6 & seqq. Felinus cap. si quando nu. 2. de offic. deleg.  
quod tamen resisti nisi iudex à dolo & sordibus possit excusari uti alijs in que-  
stionibus ostendi.

QVÆSTIO DECIMA OCTAVA.

An omnis violentia ad hoc tribunal spectet.

SUMMARIUM.

1. Iniuria & violentia equiparantur iuxta opinionem Cevallos.
2. Vis & iniuria non sunt termini convertibiles.
3. Violentia qualis à vigintiduum viru coerceatur.

**S**I vera est reoria Hieronymi Cevallos spectabit quia omnis inquit iniuria  
pertinet ad iudices violentiarum vis autem & iniuria à pari procedere eo-  
dem in loco testatur. Cevallos de cognit. per viam violentia quest. II. num. 18.  
Cast.